

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - IX, 01 : De Ulysse](#)

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 01 : De Ulysse

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[118\] : De Ulysse](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 01 : De Ulysse](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 02 : D'Ulysse](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 01 : D'Ulysse](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination266r°-267v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Ulysse](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

vocavit, Callimachus in hymnis, & Fortuna rebus omnibus dominari cre-
dita, & Spem ac Timorem graues Deos ita vocavit Theognis;

*Ἄνις καὶ κούρωσι δὲ αἰθρουμένη Ἰπίσι,
τίμας γὰρ χαλκῶσι βασιτεῖα ἀφίεργι.*

Spesq; Timorq; pares mortales inter, & iidem
Infestant animos, numen vtrunque graue.

Nam cum superiores motus animorum diuinos esse significarent, & Mentis,
Fidei, Pietatis, Virtutis sana fuerint erecta, non ne hoc palam indicant,
Deos omnia prospicere, & viros bonos quam maxime ad integritatem ac be-
neficentiam oportere animos suos accommodare? Atqui cum mundum to-
tum Deum esse dicerent, nihil omnino putabant diuina presentia Deorum
caterere posse, cum multitudo rerum omnium quæ agerentur & dicerentur, &
cogitarentur Deos ipsos testes esset habitura: quare nemini scelerato esse
impune licuit. Neque vllus fuit ex hac tanta Deorum multitudine, cui
mortalium sapientia, probitas, iustitia, integritas, fides, temperantia non
esset grata; quare præclare traditum est a sapientibus duas esse vias anima-
rum & corporibus excedentium. Qui enim se humanis vitiis cõraminassent,
seque totos libidinibus addixissent, quibus ceteri se domesticis turpitudi-
nibus ac flagitiis inquinassent; vel qui fraudes inexpiabiles in administran-
dis rebus patriæ suæ concepissent, iis deuium quoddam iter fuisse seclusum
a Deorum concilio tradiderunt, atq; hi nunquam ad Deos ipsos postea per-
uenire poterant. Qui vero multa quidem, ac expiabilia peccata commis-
issent, sordibusque humanæ sœcis fuissent inquinati, illis post certum tempo-
ris spatium ad Deorum concilium accedere licebat, vbi omnes illas sordes
ablauissent; cum nihil nisi purum & simplex ad Deos peruenire posset. Qui
vero se integros castosq; seruassent per totam vitam, quibusq; fuisset quam
minima cum corporibus contagio, & qui in his corporibus Deorum vitam
fuissent pro viribus imitati, his facilem patere reditum ad Deos, vnde disces-
serant, tradiderunt antiqui. Quare cum sceleribus ingentia supplicia, vir-
tuti magna præmia proponerentur, cumq; omnium negotiorum cogitatio-
numq; suarum Deos testes habere singulos dicerent, qui poterant homines
vel nolentes ad probitatem impelli pauidi & ob Deorũ præsentiam demissi?
at nunc de Vlyssæ iam dicamus.

De Vlyssæ.

Cap. I.

Vlysses, de quo tam multa, tamq; mirabilia scribuntur a poetis, & ab
omnium poetarum principe Homero præcipue, natus est in Bœotia vt
sensit Lycophron, vt verò alii in Ithaca parentibus Laerte & Anticleæ,
de qua ita meminisse Hom. lib. x. odyss.

*Ἄλκις ἰὼν φυχῆς μητρὸς κατατίθειαι
Ἀυτολύκῳ θυγάτρῳ μεγαλήτρῳ ἀντίκλῃ,
γυνὴν ἑοῦν ἀντίχρῳ ἰὼν ἔοι δαίτη ἱπῶν.*

Atque anima accessit defunctæ matris eodem,
Natz magnanimo Autolyco claræ Anticleæ:
Quam viam liqui petii cum Pergama sacra.

Hic vbi nauigandum esset ad bellum Troianum cum cæteris Heroibus, se in-
sanum esse simulauit ob eximium amorem, quo vxorem Penelopen Icarî fi-

Xxx a liam,

Mythologia

- liam, ut aiunt prosequeretur. Iunctis itaque duobus inter se longe diversis animalibus litus aratro profcindere cepit salemque pro seminibus spargere. At Palamedes eius astutia cognita cum aperire & retegere illius confilium niteretur, Telemachus Vlyssis filium infantem, quem unicum Vlysses habebat, ante aratrum in sulco deposuit: Vlysses facinus conspicatus ne filium laderet, aratrum subleuavit. cognitum fuit eo pacto simulatam fuisse ab Vlysses illam insaniam, at non verè esse mente captum; quare ad bellum Troianum cum ceteris Heroibus classe necessario deuectus egregiam operam Græcis in eo bello nauavit. Primum enim fuit autor ut Achilles inter filias
- 10** Lycomedis virginali habitu indutus, atque ita latens, ad bellum protraheretur: deinde sagittas Philoctetis, quas is ab Hercule ceperat, ad Troianum bellum attulit, sine quibus Troia capi non poterat, ut monuerat oraculum. Cineres Laomedontis clam è Scæa porta rapuit. Palladium ex his arcis custodiibus sustulit. Explorator cum Diomede missus Rhæso Traciz rege caeso abduxit equos, ante quam Xanthi aquam bibissent. Hæc autem omnia nisi fierent, Troia omnino erat inexpugnabilis. Multa sunt denique & alia ab eodem Heroe in illo bello, quæ callidè excogitata fuisse commemorantur, quæ nunc omitrenda duxi: atque illa tantum percurrâ, quæ non ad subiugandam aliquam Afiz partem, quod quidem non valde gloriosum est cuiquam, præsertim si id fiat per multas plurimorum manus. neque ad occupandum accipient imperium Troianorum, sed ad seipsum, quod multo præclarior est, vincendum, & ad componendos animi motus, & ad mentem suam rationi, prudentiæque legibus subiiciendam fuerunt ab antiquis memoriæ prodita. Capta igitur Troia cum in patriam nauigaret Vlysses, ad littus Ciconû, qui fuerunt asperissimi Thraciz populi tempestate delatus, multis è suis in prælio aduersus irruentes Ciconas desideratis soluere tandè ab illo litore coactus est. rursus in Aphricam tempestate delatus ad Lotophagorum regionem appulit: ibi cum socii eius lotorum fructus gustassent, patriæ obliti ad naues minime reuerterunt. Inde verò fertur delatus fuisse in Siciliam, vbi Polyphemum antrum cum duodecim sociis intrauit, quem Polyphemum postea liberioribus poculis inuitatum, cum in profundum somnum deflexum videret, qui iam sex socios Vlyssis deuorasset, obcecavit; & unicum oculum, quem is habebat, accenso titione exussit: tum pellibus ouium indutus cum superstitibus sex sociis ex antro inter oues mirificè clam elapsus est. è Sicilia deinde ad insulam Aeoliam delatus ventos in vtram inclusos præter Zephyrum, omnes accepit ab Aeolo; nam is è Sicilia & ab Aeoliis insulis in Ithacam nauigantibus magnopere est utilis. At cum sociorum auaritia, qui thesaurum in vtram inclusum credebant, reclusisset vtram, resstantibus ventis acerbisimè ad Aeoliam insulam denuo repellitur. Hic rursus cum frustra Aeoli munus id repeteret repulsam passus ad Læstrygones immanissimos Campaniz populos Neptuni filios creditos accedit. Atque cum Læstrygones humanis carnibus vescerentur, nonnullis è suis amissis, mox ad Acram insulam cursum tenuit, quo in loco Circe venefica mulier, quæque plurimum magicis artibus posset, Solis filia credita habitabat. Hæc etiam nonnullos è sociis Vlyssis exploratum qui nam insulam incolerent missos, in belluas conuertit. Ad hanc Vlysses intrepidus accessit sumpto pharmaco, quod sibi Mercurus aduersus veneficia dederat: quâ stricto gladio socios primæ formæ coegit restituere. cum hac postea annum versatus filium suscepit Telegonum. Mox ad inferos

ros descendit, vix è vate Tiresia quæ sibi agenda forent, perdisceret; vnde reuersus ad insulã Sirenũ delatus aures sociorũ cera illicitas obturauit, seque ad malum nauis alligari iussit, ne luauitate cantus victus perimeretur. Deinde Scyllam & Charybdim pertransiens non sine aliqua sociorum iactura in Siciliam rursus peruenit, vbi Solis filix paternos greges custodiebant. Hic monuit socios ne Solis greges læderent, sed ipso dormiente fame coacti, iamdiu enim permagnam annonæ penuriam plurimum passi fuerant nauigantes, plura animalia è gregibus ceciderunt; quod scelus tantum omnes naufragium passi morte postea luerunt. At Vlysses expertus eius sceleris arrepto malo nauis nouem dies in mari fuit ad vndis & ventis
 10 agitatus; ac tandem ad Ogygiam insulam delatus, & à Calypsone Nympha in hospitium acceptus, septem annos cum illa versatus est, atq; ex eius congressu filios etiam suscepit. Inde cum rate denique vectus fuisset ita Diis iubentibus, cum non procul abesset à Phæacia, ratis etiam frangitur, quoniam Neptunus propter casum Polyphemi filii grauissimam tempestatem illi imminit. Huius miserta Leucothoe tabulã subiecit, cui innixus Vlysses in portum Phæacum adnatauit, nudusque inter frondes arborum ibi se occultauit. Cum verò vestes postmodo à Nausicaa filia Alcinoi accepisset, Palladis opera ad Areten Alcinoi coniugem perductus est, à qua nauibus & sociis dono
 20 ceptis in Ithacam cum muneribus dormiens exponitur. Hic à Pallade excitatus sumpto medici habitu, vti Pallas monuerat, ad suos rediit, domumq; suam lasciuis ac sceleratis procis expurgauit. Hæc autem omnia ita sunt à poetis decantata, vt vel solum Homeri poema nobis possit esse testimonio ita se habere, quæ hæc de Vlysses dicta sunt. At nunc cur hæc ita fuerint ficta, perquiramus. Atque illud esto primum, quod si quis diligentius consideret illa, quæ memoriæ prodita sunt de Vlysses, is intelliget vniuersam hominum vitam in his fabulis expressam fuisse, & præclara sub his præcepta contineri, quæ spectent plurimum ad animos nostros in omnes fortunæ euentus ad sapientiam informandos. Quis est enim Vlysses? an nõ sapientia, quæ
 30 inuicta per omnia pericula intrepidè pertransit? aut qui sunt Vlyssis socii? non ne animorum nostrorum motus? Cur igitur multos è suis sociis in prællis aduersus Ciconas ad radices Ismari montis amisit? cur mules fuerunt à Læstrygonibus absumpti? cur nonnulli à Cyclope vorati? cur alii à Scylla & Charybdi grauissimis monstris absorpti? Quoniam multi vel ita, vel doloribus vincuntur, vel rebus aduersis ita infringuntur, atque consternantur, animoque deficiunt, vt ad piorum locum, tanquam in patriam, peruenire non possint. Alii contra non cedunt quidem difficultatibus, aduersus quarum molem inuicti persistunt, sed inter Phæacum delicias, aut inter fructuum Lotophagorum suauitatem, aut per iucundissima Circes pocula, aut cantus Sirenũ, propriam salutem neglexerunt. Quare non
 40 pauciores inter delicias aut voluptates, quàm inter grauissima pericula socios Vlysses desiderauit. Quanta sit autem vis voluptatum, quàmq; pernitiõsa mortalibus, declarauit exemplum Polyphemi; quippe cum vel tanta moles Cyclopi fuerit per vini suauitatem oppressa. Cum demonstrarent rursus poetæ diuinam bonitatem omnibus patere eius auxilium implorantibus, dixerunt illum ventos in virem inclusos ab Aeolo accepisse, quæ tamè neglecta semel, postea non foret ita facilis & omnibus obuia, illum ad Aeolam reuersum repulsam passum fuisse inquirunt. Deinde ostendunt auaritiam

socio-

Mythologiæ

sociorum Vlyssis, qui vtram recluserunt multorum & laborum & calamitatum fuisse originem. Ibidem quâ necessaria sit Imperatoris vigilantia ostenditur, cum neque tantillum quidem ab administratione rerum ad communem omnium salutem pertinentium, recedere liceat. Quamvis plerisque non ad publicam, sed ad propriam utilitatem res publicas gubernare tunc mos est; qui neglecto humanitatis & æquitatis iure illud ratum quod sibi conferat, legitimum esse arbitrantur. Deinde significatum fuit per hæc viro bono necessariam esse omnino prudentiam & rerum futurarum quasi diuinationem quandam, & præcognitionem, cum sciscitatum de rebus futuris vel inferos adierit. At verò non sufficere vires humanas ad superanda pericula, vel titillationes voluptatum, ad quas obstupescit humanum ingenium, facile monere potest Mercurii munus, quod datum est Vlyssi aduersus omnia veneficia. Cur inter suauissimos Sirenium cantus, vel aures obturari, vel ad malum alligari conuenit? quia aduersus illegitimarum voluptatum illecebras vel surdos esse, vel rationi firmissime alligatum obtemperare omnino opus est. Cur socii navi igne fulminis celestis conflagrante ubi Solis greges mactauissent, eo Deo neglecto in mari perierunt, ac solus Vlysses euasit? quia nemo impune denique religionem paruit, cum innocentes semper Deus protegat & adiuuet. Hic idem modo nudus & ad litus eiectus inter frondes latuit, modo auri & argenti diues multis acceptis sociis & muneribus in patriam dormiens exponitur ob fortunæ vicissitudines, quas virum sapientem æquo animo perferre opus est. Hic idem sumpto mendici habitu consilio Palladis post omnes procos cæcos tranquillus in patria fuit, quoniam viri boni & mali eundem habent ortum, & exitum vitæ, omnes enim mendici & nudi nascuntur ac moriuntur. In illo igitur habitu superatis denique & extinctis libidinis, voluptatumque omnium stimulis, qui proci sunt animæ nostræ, in patria, in piorum locis, in Deorum cœcilio felicissime viuimus. Quare, si quis vel illa monstra, quæ dicitur Vlysses perdomuisse, alicubi extitisse credat, vel si extitissent tam dispersa, ad illa omnia Vlysses fuisse delatum, is nimium rerum antiquarum scriptoribus pro quadam simplicitate credit, & à veritate omnino valde delirat. Sin hæc omnia ad mores, vitamque mortalium recte instituendam excogitata putet, mecum plane sentit; cum omnia hæc ad omnes fortunæ euentus sapienter ferendos non mediocriter pertinent. Atque de Vlysses ita breuiter, nunc de Oreste dicatur.

De Oreste.

Cap. II.

Orestes autem fuit Clytemnestræ & eius Agamemnonis filius, qui summus Imperator fuit Græcorum, ubi Græci ad Troiam militarent, quem alii dicunt in conuiuio cum domum post id bellum redisset, alii in balneo vnâ cum nonnullis viris illustribus per insidias Aegisthi fuisse cæsum. Ferunt Orestem paruulum domi cum matre relictum fuisse, quo tempore Agamemnon ad bellum Troianum nauigauit, ubi cantorem custodē & admonitorem Clytemnestræ reliquit. At Aegisthus Clytemnestræ desiderio captus cantore clam per insidias in insula deserta obruncto, illa denique positus est. Hic idem Aegisthus Agamemnone patre Orestis cæso filium quoque erat occisurus, nisi is ab Electra sorore admonitus insidias sibi parari ab Aegistho, fuga sibi salutem comparasset. Profugit igitur Orestes ad

Stro-